



## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. An vicariæ perpetuæ permutatio fieri poßit sine assensu parochi  
primitiui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

*Mynsing. cent. 6. obs. 42.*

3. *Specialis concessio excipitur: sed illa exhibenda est.*  
 Excipit d. c. *studuisti*; nisi super hoc mandatum specialiter receperit. Id porro docere debet. l. 1. c. *de mand. princ. l. observare. §. hoc etiam D. de off. proconsul. glossa in c. nobilissimus dist. 97. Gambarus, tract. de off. legat. l. 1. §. qualiter legatus se gerere debeat cum provinciam est ingressus. n. 3. c. cum in iure X. de off. delegat. c. 2. X. de dilat. sic & in Authent. de collator. §. eos. missi à Principe pro fiscalibus exactionibus inchoare non possunt officium; nisi prius, inquit, provinciali iudicio insinuauerint impostas sibi de hoc insiones. alias posset eis resisti, inquit Iuscius in verb. delegato: & alijs non creditur, nisi constet de delegatione. concl. 154. n. 19. si non presentem literas sue facultatis Præsidi provincie, ut hodie dari solent à Papa Legatis seu Nuncijs literæ creditiæ: ipsæ ita exhibitis, eis credi quoad ea, quæ iure legationis, seu nunciaturæ competunt, neque tendunt in præiudicium tertij, in ijs autem, quæ legatis sunt prohibita, nec veniunt iure legationis, sed requirunt mandatum speciale, non creditur: nisi doceant de mandato. idem Iusc. v. legato. concl. 160. post plures quos citat, quod eo magis dicendū est, quod & reg. 13. Cancell. reuocauerit etiam facultates Nuncijs concessas, officia ipsorum directè non concernentes.*

Cum igitur sine speciali mandato Inter-Nuncius non possit se immiscere causæ ab ipsa Sede Apostolica semel delegatæ; nec ei per hoc Breue aliquid sit datum, quod non iure muneris competat, nec aliud apud regium Concilium, vel Episcopos exhibitum, in Acta & Archiua relatum inueniatur; atque mandati fines diligenter sint obseruandi; eorumdemque excessus nullitatem inducat, c. venerabili sub fin. X. de off. deleg. c. cum dilecta. X. de rescript. c. cui de non sac. de prob. in 6. dicendum est utique, quæ secus acta, commissæ, delega-

4. *Excessus commissio- nis inducit nullitatem.*

taue sunt, nullius esse momenti, impune non pareri, si quis supra iurisdictionem suam velit inuicere, inquit lex vlt. D. de iurisdic. om. iud. eoque in casu præfenti magis, quod, etsi controuertatur an aliqua Nuncijs iure sui muneris sit exemptos iurisdictioni; tamen differt ab omni autoritate legatorum per: priuilegia exempti sunt illi, de quibus hic queritur. Ac multo magis à reo abscissum est, quando Inter-Nuncius ipse censuram inflixerat, ab eoque ad Sedem Apostolicam appellatū erat, & illa causam alteri delegatæ, ipsæque cum de nullitate acta Inter-Nuncijs damnasset, ab hoc rursus provocaretur; ipse appellationem huiusmodi recepit; & alteri delegauit. non tantum ex supra dicta quod appellatio definiatur ab inferiori Iudice ad superiorem provocatio; & hi fuerint pares, d. c. *studuisti*. imò cum, ut videtur, dicitur generi per speciem derogetur, in ea speciali causa superioris, sicut in quia. X. de off. delegat. sed etiam quod ad illum ipsum trahitur causa, à quo ante provocatum fuit, cuius officium finitum fuerat, mox atque semel pronunciarat bene, siue malè; ac sententiam suam executus fuerat. c. in literis. X. de off. deleg.

De rerum permutacione.

RESPONSVM I.

*An vicaria perpetua permutatio fieri possit sine assensu parochi primitiui?*

Regulariter beneficia inuicem sine fraude permutare est permittum. c. vn. de rer. permutat. in 6. in verb. sua beneficia permutare volentes liberè & sine fraude ipsi respondent, & nolimus vilitatem impediri, quia tamen resignari, & inuicem

conferri debent;  *Clem. vn. eod. in ijs,*  
 quæ iuris patronatus sunt, seu ad  
 nominationem, electionem, de-  
 putationem alterius quàm Ordina-  
 rii, spectant; eorum utique quo-  
 rum collatione, nominatione, elec-  
 ctione, deputatione opus est; con-  
 sequenter consensu opus est.  *Re-*  
*buff. tract. de benef. lib. 3. de permu. n.*  
 *21. Azor. Inst. mor. p. 2. ib. 7. c. 29.*  
 *q. 6. Garcia de benef. p. 11. c. 3. n. 21.*  
 *& seqq. & ab his citati. vbi quidam*  
 vt permutationes aliter admittas  
 nullas esse, aut annullandas conten-  
 dunt; alij firmas, vt nec annullari  
 possint.

Alij exigunt in patrono iustam  
 causam dissentendi; aut saltem, si  
 dissentierit, & tamen permutatio  
 ecclesiæ utilis sit, Ordinarius ius-  
 tæ patroni ecclesiastici (nam lai-  
 corum favorabilior vbique causa  
 est) officium supplere, seu emen-  
 dare possit, & permutationem ad-  
 mittere, & permutantibus prouide-  
 re. &  *hodie*, inquit  *Rebuff. vbi*  
 *sup. vsus communis obtrinit, quod post*  
 *requisitionem patroni maximè etiam eo*  
 *non consentiente, permutatio approbe-*  
 *tur ab Episcopo, & valeat. Et sic indi-*  
 *cavit totus Senatus Parisiensis, vt retulit*  
 *d. Quadrigarius & Zerola in Prax. v.*  
 *in patronatus. §. 6. vbi & plures citat,*  
 *& se ita obtinuisse ait. & refert*  
 *Garcia declarationem Cardinalium*  
 *pro hac sententia. vbi sup. n.*  
 *127. quos sequuntur Lessius de iust.*  
 *lib. 2. c. 34. dub. 36. n. 198. posse, inquit,*  
 *Episcopum, si iudicat permutationem*  
 *expedientem ecclesiæ suæ approbatione*  
 *supplere consensum, & valere permuta-*  
 *tionem.*

Vtique ad Ordinarium spectat  
 potissimum ne quis ad beneficium  
 admoveatur, aut remoueatur, seu  
 renunciet.  *c. admonet. X. de renunc.*  
 etiam per viam permutationis.  *c.*  
 *quæsitum. §. si autem Episcopus. X. de*  
 *rer. permu. etiam in vicarijs perpet-*  
 *uis. c. ad hæc. X. de off. vic. patroni*  
 autem parum videtur interesse,  
 cum hodie regulariter ita permis-  
 sa censeatur permutatio.  *d. Clem. vn.*

promptius quàm olim: cum vide-  
 retur requiri aliqua necessitas,  *d.*  
 *c. quæsitum.* ideoque nunc vix vi-  
 deatur in permutatione vera dari  
 vacatio; secus quàm in simplici re-  
 signatione, vel in fauorem (vbi ni-  
 hil extra arbitrium patroni potest  
 fieri.  *Zerola d. §. 6.*) adeo vt quidam  
 nõ nisi Ordinarij autoritate opu-  
 esse crediderint in permutatione.  
 *vide Azor. d. c. 29. q. 20.*

Enimvero quæ de patronis ec-  
 clesiasticis dicta sunt, eadem lo-  
 cum videntur habere in parochis  
 primitiuis: qui passim in iure &  
 praxi patroni ecclesiastici nomi-  
 nantur: præsertim vbi ratio non  
 est difformis.  *d. c. ad hæc.* nam & vi-  
 caria perpetua, beneficia cense-  
 tur.  *DD. in c. r. X. de off. vic. latè Azor.*  
 *Inst. mor. p. 2. lib. 2. c. 6.* adeoque per-  
 mutari possunt.  *d. c. vn. de permu. in*  
 *6. d. Clem. vn. eod.* & vicariae perpetua  
 regulis sui principalis benefi-  
 cij gubernantur quatenus in vtrif-  
 que eadem est ratio.  *Clem. vn. de*  
 *off. vic. Zabarell. ibid. in 2. notab. & q.*  
 *25.* quibus conformiter  *Azor. d. c.*  
 *29. q. 32.* quæ de patronis inuitis  
 dicta sunt, eadem respondet in alijs  
 quomodolibet in permutatione  
 interesse habentibus. identitas  
 enim rationis etiam pœnalitia iura  
 in beneficijs ad non expressa ex-  
 tendit.  *c. si postquam. de elect. in 6.*

Eodemque capite q. 16. quamuis  
 Pius V.  *const. incip. quanta,* valde re-  
 strinxisset resignationes simplices,  
 permutationes tamen admississet  
 quas canonicae sanctiones admit-  
 terent; idem Azor. enumerat, quas  
 non admitterent; neque tamen in-  
 ter illis vicariarum perpetuarum  
 permutationes recenset. illis ergo  
 iure permittis parochus primi-  
 tiuus sine iusta causa dissentire nõ  
 debet; alioquin Ordinarius supple-  
 re illius officium & autoritatem  
 permutationi tribuere poterit.

Sed exigunt quidam ad hæc vel  
 necessitatem, vel vtilitatem mag-  
 nam:  *citati à Garcia. d. c. 3. n. 23. &*  
 *seqq. facit quidem d. c. quæsitum,*  
 neces.

2. Ex eorum  
 consensu  
 quorum est  
 prouidec.

3. Si dissen-  
 tiant, & ex-  
 pectat ec-  
 clesie per-  
 mutatio,  
 prouidet  
 Ordina-  
 rius.

4. Ad episco-  
 pam hæc  
 potissimum  
 spectant,  
 etiam in  
 vicarijs.

5. Quæ & be-  
 neficia sunt  
 & permu-  
 tari permittit.

6. Ad prouidendum  
 citra pa-  
 troni assen-  
 sum an  
 opus sit ne-  
 cessitate  
 ecclesiæ?

necessitatis mentionem, sed & utilitatis; nec addit magna: ideoque rectè Lessio sufficit, si Episcopus iudicat permutationem ecclesie expedientem; *vbi sup.* saltem vbi nihil fraudis aduersus patronum apparet. *c. 2. de renunc. in 6.*

Et verò fatendum est cum stri-  
ctor olim esset ecclesie discipli-  
na, scrupulosus in beneficijs ver-  
sari solitum fuisse. vt apparet ex  
Concilio Turonensi, & d. c. quasi-  
tum illud citante, cum illud sim-  
pliciter dignitatum permutationes  
inhiberet; d. c. quasi tum ex  
necessitate & utilitate tempera-  
ret: d. c. vn. in 6. & clem. vn. de per-  
mut. successiuè liberio rem permu-  
tandi facultatem faceret: & vsus  
hodiernus magis firmaret. de quo  
Rebuff. vt maior hodie quasi pro-  
prietas competere videtur in be-  
nificijs: vt & liberior de fructibus  
disponendi facultas tam inter vi-  
uos, quam per vltimam voluntate  
tem vsurpatur.

Ideoque ex his omnibus existi-  
mo vicaria perpetua permutationem,  
quam Episcopus iudicat ecclesie  
expedire, fieri posse requisito,  
quamuis inuito, parocho primitiuo:  
supplente Episcopo illius defectum,  
& auctoritatem permutationi præstante.

7.  
Vbi ergo  
expedit po-  
test episcopus  
inuito parochi  
primitiuo  
vicariae per-  
petuae per-  
mutatione  
admittere.

#### De testamentis.

### RESPONSVM I.

#### De translatione monasterij & bonorum.

Cum legatum ciuitati reli-  
ctum esset, vt ex redditibus  
quotannis in ea ciuitate, memo-  
riae conseruandae defuncti gratia,  
spectaculum celebraretur, quod  
ibi celebrari non licebat; Mode-  
stinus respondit, adhibitis here-  
dibus, & primoribus ciuitatis, dif-

picendum esse in quam rem con-  
uerti deberet fideicommissum, vt  
memoria testatoris alio, & licito  
genere celebraretur. *l. legatum 16. D. de usufruct. legat. ad eum modum*  
dicendum hic est cum fundatio  
monastica, & officia diuina per  
edicta Ordinum suo in loco ritu  
Catholico effectum habere non  
possint; dispiciendum esse, quo  
alio modo fundatorum voluntas,  
vt executionem habeat, iuuanda  
fit.

Ad eandem rationem cum mo-  
nasterium eo loco quo testator  
insserat, extrui non possit; rel-  
pondit Pontifex in 3. c. X. de testam.  
vt loci episcopus cum hærede age-  
ret, & alio loco ædificari curaret,  
ac omnia relicta loco ipsi sine di-  
minutione qualibet assignari. In  
regularibus autem exemptis ipsi  
Generales Iurisdictionem quali-  
episcopalem habent, adeoque in  
negotijs religionis vices episcopo-  
rum supplent. *L. Miranda in Mun-  
al. prel. 1. 2. q. 7. & seqq.* comu-  
tationem ergo hanc vicinæ vo-  
luntatis auctoritate quasi Episco-  
pali ipsi facere possunt. Causa au-  
tem faciendi in sta ac rationalis  
censetur à Panormitano, alijque  
canonistis, in d. c. 3. *Gambardi. de  
off. & potest. leg. de later. l. 6. n. 223.*  
*Aloysio Riccio in Collect. decis. p. 3.*  
*collect. 578. in fin. à Barbof. de v. p.*  
*epif. p. 3. alleg. 83. n. 10.* si monas-  
terium in loco certo à testatore con-  
strui est iustum, vbi construi non  
potest, vt alibi construat.

Quod et si de primæna constru-  
tione decum sit, eadem tamen  
ratio post ruinam ac destruc-  
tionem eandem Iuris dispositionem  
facit, & propterea Concilium  
Tridentinum *s. 21. c. 7.* benefi-  
cia in ecclesijs veritate ac alias  
collapsis, quæ instaurari neque-  
ant, fundata arbitrio episcoporum  
ad alias transferri iubet: etiam pa-  
rochiales ad matrices seu vicimo-  
res. quin & de regularibus, vbi ea-  
dem causa subit, id accipiendum  
esse.